



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ

Foullon, Jean E.

Leodii, 1657

XV. Mala an optabilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

de Patientia, magnificè more suo ait: *Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo exstruxit? Quale vexillum de inimico suo extulit? - Cùm ille homo ad omnem acerbum nuntium, nihil ex ore expromeret, quàm, Deo gratias... Quid? Ridebat Deus. Quid? Dissecabatur malus. Cùm Iob immundam ulceris sui redundantiam magnâ equanimitate distringeret: cùm erumpentes bestiolas inde, in eosdem specus, & pastus, foraminosa carnis ludendo revocaret. Accidit in illo mirandæ tolerantia Heroë, quod designabat Seneca, libro de Providentia: Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum imperterritus pertulit, tantòque spectaculum est gratius, quantò id honestior fecit... Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis, cum malâ fortunâ cõpositus, utique si & provocavit.*

xv.
*Mala an
optabilia.*

Adeò gratum esse Deo spectaculum Seneca existimat, congre-
dientis cum calamitate viri fortis,
ut illam non excipi modò, sed etiam ultro
laceffi

laceffi & provocari velit: paullò aliter
quàm scripferat epiftolâ 67. *Non sum
tam demens, ut agrotare cupiam: sed si agro-
tandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil
effeminate faciam, optabo. Ita non incom-
moda optabilia sunt, sed virtus, quâ perfe-
runtur incommoda.* Sic tunc Seneca sen-
tiebat. At Christianus, imò verò, in-
quiet, ipsa incommoda optabilia sunt
virtuti perficiendæ, & gloriæ gaudioque
Dei, si sic loqui fas est, augendo. Desi-
deravit Christus, cùm dixit se coarctari,
id est votis affectibusque urgeri, & strin-
gi, donec baptismus suus, sic Passionem
vocabat, perficeretur. Desideravit Vir-
go, quæ, ut moriente filio plus doloris ex
conspectu hauriret, *stabat juxta Crucem,*
&, quod de Christo Tertullianus dixit,
saginari volebat voluptate patientia.

XVI. Desideravit exemplo utriusque
Sancti de- Catharina Genuensis, quæ c. 50.
sideravere.

Vitæ, inter extremos & acerbis-
simos dolores dicebat: sunt anni sex su-
pra triginta, ex quo me amor illuminasti,
ab illo tempore nihil desideravi, nisi pati